Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



169

monium. Non concu
pisces domum proximi
tui: nec desiderabis
uxorem eius: non ser
uum: non ancillam: non
bouem: non asinum:
nec omnia que illius
sunt. Cunctus autem
populus audiebat vo
ces et lampades: et
sonitum buccine mon
temque fumigantem
: et perterriti ac pauo
re concussi: steterunt
procul dicentes moysi.
Loquere tu nobis et
audiamus. Non lo
quatur nobis dominus:
ne forte moriamur.
Et ait moyses ad
populum. Nolite timere.
Ut enim probaret vos
venit deus: et ut ter
ror illius esset in vo
bis: et non peccaretis.
Stetique populus de lon
ge: moyses autem acces
sit ad caliginem in qua
erat deus. Dixitque pre
terea dominus ad moysen.
Hec dices filiis israel.
Vos vidistis quod
de celo locutus sum
vobis. Non facietis
deos argenteos: nec
deos aures facietis
vobis. Altare de ter
ra facietis michi et
offeretis super eo holo
causta et pacifica
vestra oues vestras et bo
ues in omni loco in
quo memoria fuerit
nominis mei. Grad.